

**Discipulus.** Quia video te diu vacare ocio silentioque Würzb.  
nostrae inpericiae satis infructuoso, nactus oportunitatem tem- Hand-  
poris tandem solvendi promissi tui te debitorem excito, non schrift,  
tam tui honoris ex sana doctrina avidus quam nostri commodi Blatt 85  
vel linguae vel ingenii limandi studiosus. Sed huius optatae 5  
collationis nostrae sic moderandus est calamus, ut plenior ac-  
cedat debitoris solutio quam quaerentis exactio; in altero enim  
benivolentiae docentis suffragatur possilitas, in altero tardio-  
ris utpote discentis adiuvatur necessitas.

**Magister.** Cum multa tecum vires etiam excedentia con- 10  
tulerim, non satis occurrit memoriae, quae promissa nunc  
studiis repetitis cogar exsolvere. Evidem ad priora studia  
nostra tanta emulantium Bavii et Mevii accessit invidia, ut  
retarder ad ulla privati exercicii studia tecum conferenda.  
Vere dolenda miseria, nolle discere vel docere et in aliis 15  
utrumque livida mente remordere.

**D.** Patet quidem, quod liventis oculo nihil tetrius et ob-  
scarius est, cuius defectus alterius profectus est. Si fumo tecta  
carerent, horrenda fuligo sedes puleras amantibus non appareret.

[1] Überschrift in roter Farbe: INCIPIT Dialogus super auc-  
tores confectus ex persona magistri et discipuli.

[16] ist nach Horaz, epod. 5, 47 'livido dente' zu lesen?

[1] Augustinus de quantitate animae (= Migne 32, col. 1035)  
beginnt: *Quoniam video te abundare otio, queso ut mihi respondeas*  
*de iis quae me movent, non ut opinor importune atque incongrue e. q. s.*

[18] Bavius und Maevius (s. Verg., ecl. 3, 90 und unten im Ab-  
schnitt über Vergil) sind neben Codrus der klassische Typus schlechter  
Dichter und missgünstiger Kritikaster (s. z. B. Weichert, poet. lat.  
Hostii, Laevii etc. vitae, Lips. 1830, p. 407 u. ö.). Sprechen schon alte  
Dichter wie Horaz von 'invidia — livor — malignitas', so wird dies  
Thema in der späteren Literatur geradezu zum Gemeinplatz; vgl. z. B.  
Vomanius in der Anthol. lat. ed. Riese Nr. 636, Radewin in seinem Theo-  
philus V. 93 ff. (Münchener Sitzungsber. 1873, 96), Gunzo in seiner Epi-  
stula ad Augiensis fratres, sodann zahlreiche Humanisten, wie Laurus  
Quirinus u. a. — Übrigens schreibt auch Bernardus Trajectensis  
(s. meine Einleitung S. 14) in seiner Vorrede zu Theodul: *nonnullos peiorem*  
*in partem accepturos non dubito, qui utilibus aliorum laboribus inertiae*  
*nomen imponunt laudibusque bonorum livoris nebulae praetendunt.*  
Wilhelm v. Hirschau, Migne 150, 1640: *praesens aetas — maximam*  
*patitur invidiam.*

M. Melior est itaque quies in silentio quam aliena de studiis nostris offendit.

D. Nichil huiusmodi verearis; fascem enim viribus tuis imponam sic aequabilem, ut non multam laudem, si steteris, nec multam confusionem incurras, si rueris.

M. Hac conditione solida onus suscipio, quod imposueris, ubi si quoquo modo processero vana gloria non effluam, si secus merear indulgentiam. Require igitur in hoc bivio quod volueris, ubi latus utrumque tegi potest inter amorem et odium vel amici vel hostis.

10 D. Secularis disciplinae congrua meae tarditati dare sponderas olim rudimenta, quibus a minoribus quibusdam auctoribus inciperem et per hos ad maiores pervenirem et gradus auctorum inferiorum occasio mihi fierent in discendo superiorum. Cum enim minimis minorum auctornm sententiis mentem averterem 15 et in maioribus ocia tererem, solebas studentem iocis exagitare quasi me inter condensa silvarum iter rectum utcumque conservantem, in aperti campi planicie turpiter deviantem, hoc est in graviori nobilium auctorum sensu utcumque reptantem et in minoribus deficientem. Dicebas ergo venia indignam offensionem in minimis, licet quisque sit expeditus in magnis, et quicquid maiorum auctorum conferret scientia, minorum obscuraret negligentia.

|| M. Quid igitur in his dicendum ambagibus censes? Quid vel de quibus interrogas?

25 D. Summatim et quodam breviario precor explicari a te, quid in singulis auctoribus scolasticis, quibus imbui floribunda tyrunculorum solent ingenia, requirendum sit idest quis auctor sit, quid, quantum, quando vel quomodo idest utrum metrice vel prosaice scripserit, qua etiam materia vel intentione opus 30 cuiusque exordium sumpserit, ad quem finem ipsa scriptorum series relata sit.|| Quaero etiam de pagina liminari, quid distet inter titulum et praefacionem et proemium et prologum, inter poetam et historiographum et sermonarium, inter poesim et poema, inter explanationem et expositionem et lucubratiunculam 35 et translationem, inter allegoriam, tropologiam et anagogem; quid sit liber, quid prosa, quid rihtmus, quid fabula, quae

<sup>3</sup> fascem] fas ēē (= esse) uiribus.

<sup>11</sup> quibusdam] quibus e (= est); — oder lies 'quidem'?

<sup>16 f.]</sup> conservantem hoc est in aperti.

<sup>21</sup> obscuraret] man erwartet den Infin. (c. Acc.)

<sup>1]</sup> silentio — offendit, beabsichtigter Reim? vgl. Z. 21 f.

<sup>15</sup>] 'ocia terere' (Verg., Aen. 4, 271) braucht Konrad auch im Spec. Virg. Bl. 31<sup>a</sup> (s. m. Einleitung S. 6 ff.)

<sup>16</sup>] vgl. Hugo de S. Victore, Migne 176, 793: quasi in condensitate saltus oberrans tramitem recti itineris perdidit.

figurae quae dicuntur scemata, || et si qua sunt alia sive <in>  
eclesiasticis auctoribus seu gentilibus auctoribus requirenda.  
Quorum omnium brevis solutio videtur mihi quaedam ad auc-  
tores intelligendos magnos vel minimos introductio.||

M. In his inquisitionibus tuis auctoristam mihi depinxisse 5  
videris, qui secularibus adprime disciplinis eruditus clave scientiae Blatt 86  
pulsantibus solet aperire, quippe cui nec minima excidunt vivaci  
memoriae, dum maiora loco tempore persona cogitur dispertire.  
Sed a nostra remota sunt haec intelligentia, qui non habemus  
sensus exercitatos ad solidum cibum dandum, sed lactis modi- 10  
cum ad parvulum nutriendum. Huc accedit quod, cum mihi  
secularis literaturae officium iniungis, quid propheta dixerit non  
advertis.

D. Quidnam dixit?

M. 'Desolavit, inquit, dominus linguam maris Egiptii.' 15

D. Quid est hoc?

M. Lingua maris Egyptii docma est secularis scientiae,  
quae vix aut nullatenus caret peccati seu vanitatis obscuritate;  
quam verbum incarnatum desolavit, quia reseratis per clavem  
caelestis sapientiae scripturarum misteriis vanitas obmutuit 20  
scientiae secularis. Cur igitur a nobis exigis, quod, licet in  
discente sit veniable, nevi nota non caret in docente?

D. Nulli velle prodesse impium et detestabile est; quicquid  
agitur obtentu necessitatis, excusatur reluctantis studio voluntatis.

|| Nec etiam a te magna requiro; quaero enim a te non ut totius 25  
domus apertae suppellectilem scruteris, sed clausis claves ad-  
hibeas ostiis; non auctorum quaero lectionem vel expositionem,  
sed ex principio eorum idest materia vel intentione colligere  
mediatatem et finem.||

<sup>8]</sup> die Einteilung 'locus, tempus persona' ist eine sehr verbreitete,  
s. z. B. Quintil., inst. or. III, 6, 25; Hieronymus bei Migne 30, 531; Isid.,  
or. II, 16, 1; Alkuin, Migne 101, 922; Hugo de S. Victore, Migne 176, 799;  
vgl. die handschriftlichen Boethiuskommentare, von welchen ich im Neuen  
Archiv f. ält. d. Gesch. XI (1885), S. 126 spreche.

<sup>10]</sup> der aus dem Hebräerbrief Pauli 5, 13 f. stammende Vergleich mit  
'lac—solidus cibus' wird im folgenden noch mehrmals angewendet; auch  
im Spec. Virg. Bl. 9<sup>b</sup> sagt Konrad: *maturioribus solidum cibum, par-  
vulis lac præbemus.*

<sup>15]</sup> Isaías 11, 15: *et desolabit dom. ling. mar. Aegypti.*

<sup>18]</sup> vgl. Spec. Virg. Bl. 6<sup>a</sup>: *quia vix aut nullatenus transit haec  
homo temporalia sine culpa.*

<sup>20]</sup> vgl. Bern. Traject.: *dehinc in historiarum fabularumque  
mysteriis eos coepi rudis rudes erudire, — cupientes ipsi doceri doceri  
cupientem me rogaverunt.*

<sup>22]</sup> Spec. Virg. Bl. 19<sup>b</sup>: *intelligentia nevum stultitiae proterit.*

<sup>26]</sup> von 'clausa ostia' und 'claves' spricht Konrad auch sonst gern.

M. Victus importunitate tua morem tibi geram et quod ab aliis accepimus, tibi communicamus, sicut corripi sic corrigi cipientes, si erraverimus. Verum quod superius inquisisti, quantum vel quando quis scripserit auctor, de omnibus certificare non possumus, maxime cum plurimi eorum plurima scripserint, quae nec ad loca nostra vel tempora pervenerunt.<sup>1]</sup> Non autem erit difficile nobis inniti vestigiis aliorum et te quasi ad portae introitum ad principia ducere, quorum noticiam quaeris auctorum.<sup>2]</sup>

D. Incipe igitur.

10 M. Iuxta ordinem inquisitionum tuarum procedam, quibus pro posse nostro expeditis loquamur de auctorum initiiis. Primum quidem de pagina liminari quaesisti idest de titulo et de ceteris, sed quia ista semper inveniuntur in libris, primum quid sit liber attende.

15 D. Ut vis.

M. Liber equivoce dicitur; nam liber pergamenum appel-

2] man erwartet 'communicabimus'.

1] zu 'importunitas' s. das Augustincitat oben S. 19, 1; Wilhelm v. Hirschau, Migne 150, 1639: *amica coepit importunitate quid haberem quaerere; Bern. Traj.: ut — saltē propter eorum importunitatem surgeremus.*

2] für die Verbindung 'sicut—sic' zeigt K. eine grosse Vorliebe, auch im Spec. Virg.

2 corripi — corrigi] Spec. Virg. Bl. 18<sup>b</sup>: *pudet eos ex lapsu corripi et piget corrigi.*

4] s. die ähnliche Entschuldigung bei Hugo v. Trimberg V. 695 ff.

7] über Konrads Quellen s. oben meine Einleitung.

10] 'pro posse (nistro)' findet sich auch im folgenden, sowie im Spec. Virg. des öfteren; vgl. Wilhelm v. Hirschau, Migne 150, 928.

16] die folgenden Begriffsbestimmungen hat Konrad wohl aus dem Theodulkommentar des Bernardus Trajectensis (s. oben Einleitung S. 14) geschöpft, wo nur die Anordnung zuweilen eine andere ist; Bern. Traj. seinerseits fußt teilweise auf Isidors origines. Ähnliches hat z. B. auch Hugo de S. Victore, Migne 176, 788 ff. u. a.

22,16—23,2] Bernardus Trajectensis (cod. Vindob. 1757, Bl. 25): „*Liber equivoce dicitur; nam liber appellatur pergamenum cum notulis dictus a libro arboris cortice, in quo ante usum membranae scribebatur; — liber etiam dicitur collectio orationum vel prolixae contextus orationis ad unumquid tendens, tractus a liberando eo quod lectio plerumque a curis animum suspendat; et liber quidem prosa vel rithmo vel metro vel horum duobus constat.* [Die Münchner Hss T<sup>1</sup> T<sup>2</sup> — s. meine Einleitung — haben im Abschnitt über Prudentius: *liber dicitur a liberando vel a librando, liberando quia nos legendo liberat ab errore, librando quia intentionem cum materia librat;* — s. zu liber auch Cassiodor bei Migne 70, 1151; Isid., or. VI, 13, 3 und XVII, 6, 16.] *Prosa est oratio metri lege soluta dicta a prosos quod ductum vel diffusum sonat* [die ungeschickte Bemerkung S. 23, 9 über die graeca vocabula scheint K. selbst erfunden zu haben; zu prosa s. auch Isidor, or. I, 37, 1]. *Rithmus est ubi sillabarum tantum consideratur numerus; rithmus enim numerus interpretatur* [ $\alpha\rho\iota\theta\mu\circ\iota$ ! vgl. Isid., or. I, 38, 3]. *Meirum est quod*

latur cum potulis, ductus a libro arboris cortice, in quo ante usum membranae scribebatur. Dicitur etiam liber orationum contextus, historiarum commentariorum in unum collectio vel de his similibus. Dictus autem liber est a liberando, quia qui vacat lectioni sepe mentem solvit a curis et vinculis mundi.<sup>5</sup> Constat autem liber prosa rihtmo vel metro.

D. Et haec tria resolve.

M. Prosa est oratio a lege metri soluta, dicta a prosone, quod productum vel diffusum sonat; equidem graeca vocabula paulo flectuntur sepissime in declinationem latinam sicut prosone prosa, prologos prologus etc. Rihtmus est ubi sillabarum tantum consideratur numerus; rihtmus enim dicitur numerus. Porro metrum est quod certis pedibus mensuretur idest longis et correptis; metron enim mensura dicitur. Sunt autem plura metrorum genera vel a pedibus ut a dactilo dactilicum aut ab <sup>15</sup> inventoribus ut a Sappho Saphicum vel a frequentatoribus ut ab Asclepiade Asclepiadeum aut a pedum numero ut exametrum pentametrum aut a rebus ut heroicum, quod etiam ex suo vocabulo inter cetera metra principale est. In omnibus autem metris finalis sillaba indifferenter ponitur; liber qui centimeter intitulatur de <sup>20</sup> his plenius disserere videtur. Quod de pagina liminari requiris, differentiam tituli proemii praefacionis et prologi sic distingue: titulus a Titane quadam tractus similitudine dicitur et est brevis ostensio sequentis operis; proemium praefacio est operis, prologus quaedam ante sermonem praelocutio;<sup>25</sup>

<sup>2</sup> usum] usu.

*certis pedum mensuris discurrevit; nam metrum mensura interpretatur* [Isid., or. I, 38, 1]. *De nominibus metrorum; metra autem nuncupantur a pedibus quibus constant ut a dactilo dactilicum aut ab inventoribus ut a Sappho Saphicum aut a frequentatoribus ut ab Asclepiade Asclepiadeum aut a pedum numero ut exametrum pentametrum aut a rebus ut heroicum; et sciendum in omnibus metris finalem sillabam indifferenter accipi;* [Isid. I, 38, 5–9 ist ausführlicher; vom Hexameter sagt er, was Bern. weggelassen, Konr. aber Z. 19 aufgegriffen hat: *quod metrum auctoritate cetera metra praecedit; — das bei Bern. zunächst über Cäsuren u. dergl. Gesagte lässt K. weg; hierauf fährt Bernardus fort:] cetera de metris qui plenius nosse desiderat, librum Marii Servii grammatici ad Albinum de metrorum ratione conscriptum vel eum qui centimeter inscribitur legat.“*

<sup>21</sup>] ‘pagina liminaris’ s. auch im Spec. Virg. Bl. 1<sup>b</sup>.

<sup>22</sup>] Bern. Traj.: *titulus dictus a Titane idest sole, quia, sicut sol orbem, ita titulus illuminat sequens opus;* im Abschnitt über Sedulius haben die Münchner Hss T<sup>1</sup> T<sup>2</sup>: *titulus autem Servio adtestante a tytano idest a sole per diminutionem vel per similitudinem dicitur,* ganz Ähnliches im Abschnitt über Prudentius.

<sup>24</sup> proemium] Isid., or. VI, 8, 9: *proemium — praefatio nuncupatur quasi praelocutio.*

sed inter prologum et titulum hoc interest, quod titulus auctorem  
et unde tractet breviter innuit, prologus vero docilem facit et  
intentum et benivolum reddit lectorem vel auditorem. Est autem  
<sup>Blatt 87</sup> omnis prologus aut apollogeticus aut commendaticius; vel enim  
<sup>5</sup> se excusat aut commendat; denique titulus libris omnibus, pro-  
logus vero comicis prosaicisque praefigitur libris et quid et  
quomodo vel quare scriptum vel legendum sit explicat.

D. Iunge quae sit differentia inter auctorem poetam his-  
toriografum commentatorem vatem expositorem sermonarium.

<sup>10</sup> M. Accipe: auctor ab augendo dicitur eo quod stilo suo  
rerum gesta vel priorum dicta vel docmata adaugeat. Historia  
est res visa, res gesta; historin enim graece latine visio dicitur,  
unde historiografus rei visae scriptor dicitur. Porro poeta  
fictor vel formator dicitur eo quod pro veris falsa dicat vel  
<sup>15</sup> falsis interdum vera commisceat. Vates a vi mentis dicitur;  
magna enim vis mentis est perspicaciter futurorum intuitu praes-  
entia praecurrere et ventura, quasi pree oculis sint, demon-  
strare. Commentatores sunt qui solent ex paucis multa cogi-  
tare et obscura dicta aliorum dilucidare. Expositores sunt qui

<sup>1]</sup> Bern. Traj.: *Inter titulum et prologum hoc interest, quod titulus auctorem unde tractet breviter innuit, prologus autem quid et quomodo vel quare scriptum vel legendum sit; praeterea titulus docilem, prologus vero docilem et attentum et benevolum reddit lectorem;* T<sup>1</sup> T<sup>2</sup> bieten im Cato-Abschnitt: *prologum, in quo nos attentos* (hiess in T<sup>1</sup> 'intertos' wie auch Konrad hat) *dociles benivolos fieri desiderat;* ganz ähnlich T<sup>1</sup> im Abschnitt über die Paradoxa Tullii; Hugo de S. Victore, Migne 176, 880; Alkuin, Migne 101, 629 f.; das klassische Vorbild, das auch Isidor, or. II, 7, 2 vor Augen hat, ist Rhet. ad Her. I, 4, 6: *Principium — ita sumitur, ut attentos, ut dociles, ut benevolos auditores habere possimus;* Cicero de orat. II, 19, 80: *iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiat benevolum nobis faciamus et docilem et attentum;* vgl. auch unten den Abschnitt über Boethius.

<sup>4]</sup> T<sup>1</sup> am Schluss des Artikels über Horaz: *habet igitur quod prologo convenit, cum excusatorius praelibaticius commendaticius sit.*

<sup>5]</sup> Bern. Traj.: *et titulus paene omnibus, prologus vero comicis prosaicisque praefigitur libris.*

<sup>6</sup> quid et quomodo u. s. w.] s. oben zu Z. 1.

<sup>10]</sup> Bern. Traj.: *auctores eo quod latinam augeant linguam vel quod acta idest historias scribant vel a graeco autentum quod est principale;* vgl. Isid., or. X, 2: *auctor ab augendo dictus.*

<sup>11]</sup> die Bemerkung über historia steht ähnlich aber nicht gleich bei Bern. Traj. und Isid., or. I, 40 (*ιστορεῖν*).

<sup>18]</sup> Bern. Traj.: *poetae qui falsa immiscent veris; poetes enim fictor vel formator sonare videtur;* T<sup>1</sup> im Abschnitt über Horaz: *poeta idest fictor vel formator;* vgl. Isid., or. VIII, 7, 1 (nach Sueton): *poema — eiusque factores poetae.*

<sup>15]</sup> Bern. Traj.: *vates a vi mentis qui futura praedicere dicuntur vel quia insanii habebantur vel a viendis idest flectendis carminibus [‘a versibus viendis’ hat schon Varro, de ling. lat. VII, 36; vgl. Isid. VIII, 7, 3] — commentatores sunt qui brevia vel obscura aliorum scripta scripto dilucidant.*

mistica dicta sacrae scripturae resolvunt, sermonarii qui ad edificationem auditorum sermones exhortatorios de diversa materia componunt. Poema est opus ipsius poetae et hoc unum, poesis opus multorum librorum, poetria vel poetrida mulier carmini studens. Fabula est quod neque gestum est nec geri potuit.<sup>5</sup>

D. De qualitate carminum restat te aliqua subinferre, quia magna distinguntur diversitate.

M. Iuxta libitum auctoris qualitas processit carminis; est igitur carmen bucolicum idest pastorale, comicum idest villanum, comoes enim villa dicitur; tragicum quo publicae res et gesta potentum scelerosa describuntur, tragos enim graece latine hircus dicitur qui dabatur recitatori carminum pro precio; est et carmen satiricum, quod vitia cuncta reprehendit, a satyris dictum nudis et ridentibus, quia hoc carmine viciosi mores denudantur et deridentur, vel a satyra idest scutella magna quae diversis plena frugibus vel aliis speciebus diis offerebatur; hoc autem opus dicitur a satyra in qua sunt odae vel laudes vel contra viciosos validae reprehensiones; liricum carmen est a quo commissationes et ebrietates cum ludis dicuntur, tractum apotu lirin idest a varietate, inde delirus, qui variatur ab eo quod fuerat; est a pollogeticum idest excusatorium, est et panegericum idest totum laudabile, est epithalamium idest super thalamum, epitaphium idest super sepulcrum, est et cronicum carmen idest temporum descriptio, est elegiacum carmen idest miserabile dictum a graeco verbo elegos idest miseria.<sup>25</sup>

D. Quid argumento vis intelligi?

2] exhortarios.  
19] aporolirin.

3] Bern. Traj.: *poema unius et poesis multorum opus librorum traditur*; T<sup>1</sup> im Abschnitt über Horaz: *opus unius poetae poema idest fictio, scripta omnium poetarum poesis*; Isidor I, 38, 21: *poeisis — opus multorum librorum, poema unius*.

5] Bern. Traj.: *fabula igitur est quod neque gestum est neque geri potuit*; Isid. I, 43, 4: *fabulae sunt quae nec facta sunt nec fieri possunt*.

9] zu bucol. s. Isid. I, 38, 16, zu trag. XVIII, 45, 1; VIII, 7, 5 und 6.

18] Isid. VIII, 7, 7 f.: . . . . . moresque reprehendere; unde et nudi pinguntur eo quod per eos vitia singula denudentur — seu ab illa lance, quae diversis frugum vel pomorum generibus ad tempora gentilium solebat deferri; T<sup>2</sup> in seinem Abschnitt über Persius: . . . quaedam lanx vel scutella in templis deorum.

18] die Erklärungen zu lyr., apolog., epithal., epithaph., eleg. schließen sich im ganzen an Isidor an (or. VIII, 7, 4; VI, 8, 6; I, 38, 18. 20.14); zu panegyricum dagegen bietet derselbe (VI, 8, 7): *licentiosum et lasciviosum genus dicendi*.

M. Argumentum est dubiae rei fidem faciens, sicut ait Tullius, quod tamen tribus modis dicitur aut a toto vel a partibus vel a nota.

D. Haec tria quaeso resolve.

5 M. Argumentum est a toto, cum diffinitio est ad id quod quaeritur; sic ait Paulus: 'fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium'; a parte, cum is qui se defendit aut negat factum aut factum iure defendit, sicut Paulus, cum iniuriis afficeretur ab hostibus insanis, quasi populum 10 a divina lege averteret, obiecta quidem purgavit et quod docendo fecerat iure factum praestanti ratione firmavit; a nota, cum et sui nominis mentio fit, sicut dicit ecclesiastes: 'quaesivi quem diligit anima mea; quaesivi eum et non inveni etc.'

D. Velim scire quot modis fiant argumenta.

15 M. Fiunt diversis modis, sed non vacat nobis modos istos ostendere; fiunt enim a coniugatis, cum declinatur a verbo ad nomen vel a nomine ad verbum; fiunt a genere, a specie, a simili, a differentia, a contrariis, a consequentibus, ab antecedentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a comparatione, 20 quae omnia sensato lectori advertere non est difficile, si valentem auctorem habet ex lectione. Requiritur etiam ordo in librorum principiis, utrum sit naturalis an artificialis.

D. Horum minus intelligo differentiam.

M. Naturalem noveris ordinem cum liber iuxta gestae

Blatt 25<sup>88</sup> rei seriem incipitur, artificialem ubi librorum principiis ordo debitus non tenetur, sicut Virgilius in Eneide, ubi narrationem rerum gestarum idest Troianaee urbis excidium facit in libro secundo, quod facere noluit in primo. Explanatio

12 fit] sit.

14 quot] quod.

17 fiunt] fit.

1] Cic., top. 8: *itaque licet definire — argumentum (esse) rationem quae rei dubiae faciat fidem*; auch Bern. Traj. berührt diese Cicerostelle.

2—18] die Arten der Argumente zählt Isidor, or. II, 30, 1—13 auf; Konrad hat manches abgekürzt und statt der bei Isidor stehenden Beispiele aus Cicero Bibelverse eingesetzt; vgl. auch Alkuin, Migne 101, 968 ff.

6] Hebr. 11, 1; von Konrad auch in der Schrift 'de fructu carnis et spiritus', Migne 176, 1004 citiert.

9] vgl. Act apost. 25, 7 ff.

12] Cant. cant. 3, 1.

24] Bernard. Traj.: (ordo) *utrum sit scilicet artificiosus vel naturalis vel commixtus sit vel secundum Servium, ut quid prius scriptum vel legendum sit innotescat*; vgl. Hugo de S. Victore, Migne 176, 771.

26] Bern. Traj.: *artificialis — ut in Eneidis ubi Eneae naufragium prius describitur, postmodum Troiae excidium, cum hoc prius illo factum sit*.

in libris quadrifaria accipitur: ad literam, ad sensum, ad allegoriam, ad moralitatem.

D. Quatuor ista resolve.

M. Explanatio est ad literam, ubi dicitur quomodo nuda litera intelligenda sit, ad sensum, <ubi dicitur> ad quid referatur quod dicitur, ad allegoriam, ubi aliud intelligitur et aliud significatur, ad moralitatem, ubi quod dicitur ad mores bonos excitandos colendosque reflectitur. Tropologia est sensus spiritalis vel moralis intelligentia. Anagoge idest superior intellectus. Sunt etiam tres modi in stilo scribentis: humilis, mediocris, grandiloquus, ubi iuxta materiae qualitatem auctor stili sui temperat ordinem. Denique plurimi poetarum poetas praecedentes in carmine suo secuti sunt ut Terentius Menandrum, Oratius Lucilium, Salustius Livium, Boetius de consolatione Martianum, Statius Virgilium in Eneide, Theodolus eundem in bucolicis; sic et in ecclesiasticis auctoribus multi alios secuti sunt. Nec te lateat, quod in libris explanandis VII antiqui requirebant: auctorem, titulum operis, carminis qualitatem, scribentis intentionem, ordinem, numerum librorum, explanationem; sed moderni IIII requirenda censuerunt: operis 20

<sup>9</sup> anagoge] anagogē.

<sup>14</sup>] lucinium; -- falutiūf, d. h. an den Akk. ist sofort von 1. Hd., jedoch ohne Tilgung des für M stehenden Horizontalstrichs das Nominal - S angehängt; einen Anachronismus bezügl. der Lebenszeit des Sall. und des Liv. wird man K. wohl zutrauen müssen.

<sup>15</sup>] martinianum; richtig ist die Namensform unten auf Bl. 102 der Hs.

<sup>8</sup>] auch im Spec. Virg. bedient sich die Schülerin in ähnlichen kleinen Bitten des Wortes resolvere mit Vorliebe.

<sup>4</sup>] vgl. Bern. Traj.: *Theodoli eglogam ad literam et allegorice et plerisque in locis moraliter explanavi; novissime vero dictionum quoque naturam pueris pueriliter aperui;* Hugo de S. Victore, Migne 176, 789. 806.

<sup>6</sup>] Isid., or. I, 36, 22: *allegoria est alieniloquium; aliud enim sonat, aliud intelligitur.*

<sup>10</sup>] ausser Isidor, or. II, 17, 1 spricht von den drei Stilarten z. B. auch T<sup>1</sup> im Abschnitt über Lukan, Servius zu Verg. (Aen. p. 4, 9 ed. Thilo I und buc. p. 95 ed. Lion II).

<sup>18</sup>] Hieronym. epist. 57 = Migne 22, 571: *Terentius Menandrum, Plautus et Cecilius veteres comicos interpretati sunt.*

<sup>17</sup>] Bern. Traj. (Vorrede): *primum itaque quicquid in librorum principiis moderni et antiqui requirenda censem proposui et exposui;* an späterer Stelle: *in libris quidem explanandis antiqui non minus quam septem, moderni quatuor requirere solent: vitam auctoris, ut ex ea opus commendetur u. s. w.; Servius, comm. in Verg., tom. I, p. 3, 1 ed. Thilo: in exponendis auctoribus haec consideranda sunt: poetae vita, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, ordo librorum explanatio;* diese Einteilung hat z. B. auch T<sup>1</sup> T<sup>2</sup> im Sediliusabschnitt.

<sup>20</sup>] Bern. Traj.: *quaerunt igitur operis materiam, scribentis intentionem et ad quam philosophiae tendat partem;* (es wird dann Aristot.

materiam, sribentis intentionem, finalē causam et cui parti philosophiae subponatur quod scribitur.]

D. Dic igitur, quid sit materia, quid intentio, quid causa finalis.

M. [Materia est unde constat quodlibet, unde et vocabulum trahit quasi mater rei; duobus autem dicitur modis materia, ut, sicut in edificio sunt ligna et lapides, sic in vocibus genus et species et cetera quibus opus perficitur quod auctor agendum aggreditur.] Intentio est quid auctor intendat, quid, quantum, de quo scribere proponat. Porro finalis causa fructus legentis est. De partibus autem philosophiae, quibus opus omne auctorum subponitur, in sequentibus docebimus, ubi disciplinarum liberalium nomina potius quam affectum earum indicabimus; est autem philosophia divinarum et humanarum prout homini possibile est cognitio rerum. Glosa graece latine lingua dicitur, cum unius verbi rem uno verbo manifestamus.

D. Sufficient ista praemissa legendis auctoribus necessaria; restat nunc, ut, sicut promiseras, a minoribus incipias et sic ad maiores pervenias; lac praemittas parvulis, cibum solidum ablactatis.

20 Super Donatum. M. Donatus quidem tibi inter minores auctores numerandus videtur, quia rudimentis parvolorum aptus cognoscitur, sed quantum adtinet ad numerum, ad distinctionem VIII partium, ad distributionem generum et specierum, ad ordinationem in ipsis partibus accidentium, inter maximos ponendus est et quasi quoddam singulare fundamentum in caeteris

<sup>4]</sup> vor quodlibet ist 'aliquid' getilgt.

<sup>12</sup> affectum] lies 'effectum'?

und Boeth. citiert). Vgl. v. Böck, die sieben freien Künste im 11. Jahrh., Donauwörth 1847, S. 34.

<sup>4]</sup> Bern. Traj.: *materia est unde constat quidlibet, unde et materia quasi mater rei appellatur* ('quasi mater' auch Isid., or. XIX, 19, 4); *haec bisaria accipitur: in rebus ut in domo lignum aut lapides, in vocibus ut in Porfirio genus species differentia proprium accidens.*

<sup>8]</sup> schon Boethius bedient sich des Wortes intentio sehr häufig, s. z. B. den Index zu Meisers Ausg. der comm. περὶ ἐργασίας.

<sup>11</sup> in sequentibus] s. unten Bl. 90 und Bl. 113 der Handschrift.

<sup>13]</sup> Isid., or. II., 24, 9: *philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia*; ähnlich II., 24, 1, wo das von Konrad gebrauchte Wort cognitio vorkommt.

<sup>14]</sup> Isid., or. I., 39, 1 f.: *glossa graeca interpretatione linguae sortitur nomen — cum unius verbi rem uno verbo manifestamus*; vgl. Hugo de S. Victore, Migne 176, 789.

<sup>19</sup> lac] vgl. oben S. 21,10.

<sup>20}</sup> in T<sup>1</sup> wird dem Priscian ein Abschnitt gewidmet, während Donat leer ausgeht; in T<sup>2</sup> ist keiner von beiden berücksichtigt; vgl. unten die Anmerkung zu Bl. 97 der Handschrift. In dem über Donat Gesagten herrscht zwischen Konrad und Hugo von Trimberg, Reg. V. 182 ff. grosse Übereinstimmung.